



~~217~~
EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.
VI-i
SIGNAT. 1515CCCCXIII.



BEATISS. MANIBVS
WILHELMI
LEISERI

ICTI ET ANTECESSORIS

ipso exequiarum die

IV. Nonar. Maii

PUBLICVM LVCTVS MONVMENTVM
POSVIT

COLLEGIVM IVRIDICVM
in Academia Wittenbergenfi.

WITTENBERGÆ,
Ex Officinâ CHRISTIANI SCHRÖDTERI, Acad. Typ.





Sic Patriæ vixisse iuuat, cum funus &
vmbra

Plorat, & emeritum Patria tota vi-
rum.

Sic rexisse Scholas decori est, Phoebumque, De-
asque,

Cum dolet extinctum Palladis aula Ducem.

Ecce quid hoc? veneranda Themis, sanctumque
tribunal

Cumque tribunali publica rostra silent,

En! celebris tumulum certant abolere Themistæ

Castalides, quarum Mylta fidelis erat.

Tantane mansuetis sedet ira furorque puellis,

Manibus vt cupiant bella mouere Viri,

A quo se cultas studio meminere perenni,

Indignum visum est hæc referre vices.

Audite hæc animis illi, qui cernitis, æquis,

Aiunt, ne sæuas esse putate Deas.

De nobis meruit bene præclareque Sacerdos

Qui nostri vindex semper honoris erat,

Hæc sibi mortales poni monumenta laborent:

Mors nihil in nostrum pallida iuris habet.

LEYSERO Lachesis raptantis lege peremto,

Omnis abest strepitus: sic iubet ipsa Themis:

Sistite cantandi rabiem, celeberrima Musæ

Numina, & afflictam dilacerate chelyn.

Pegaseos subuerte apices, & culmina, & omnes

Queis passim coleris, subrue Phoebe domos,

Et Cla-

Et Claron & Pataram Tenedonque & quicquid a-
moenum

Et toto suorum vatibus orbe fuit.

Nam tantum Morbona virum, mox saevaprehendit,

Et vitæ rapuit Parca cruenta colum!

Viueremathusalæ fuerat qui dignus in annos,

Si quis ob ingenium viueredignus erat;

Quantum aquilas aiunt acie præstare videndi

Dum iubar excipiunt Phœbe corulce tuum;

Ingenio tantum magno præcelluit ipse

Scripta polita probant, annuit ipsa Dice.

Intrepidus juris cultor, promotor & æqui

Cuique suum tribuens, hinc bona fama Viri

Splendida fax almæ Themidos fuit, enthea apertis

Clarat vbique tubis, Fama superstes ait.

Vix ab eo tristes temere abcessere Clientes

Quin ope profuerit, consilioque suo.

Olethum haud lætum! Parca o non Parca! nefandum

O fatum! o diræ pestis acerba necis!

Ast æterna tenens animæ jam regna Beatus

Membraque conuenient, quæ tumulantur humo.

O felix! sua cui facies mundique bonorum

Displicuit, facies sufficit una Dei.



Ung.

VI 1

= [Occasionalia Vol. 2.
= Fumeralia K-R.]

X.285598A

W 11
M 18



BEATISS. MANIBVS
**WILHELMI
LEISERI**

ICTI ET ANTECESSORIS

ipso exequiarum die
IV. Nonar. Maii

PUBLICVM LVCTVS MONVMENTVM
POSVIT

COLLEGIVM IVRIDICVM
in Academia Wittenbergenfi.

WITTENBERGÆ,
Ex Officinâ CHRISTIANI SCHRÖDTERI, Acad. Typ.

